

de Mag. & Veneficis contra Scribonium disputat, & quidem illis rationibus, quibus utitur Gomezus *supra d. l.* Accedit, quod cum talis effusio sanguinis ex causis plane ignotis, aut plane incertis oriatur, exinde indicium necessarium desumi nequeat. Judex siquidem contentus esse debet judicare secundum prudentiam, quæ in hominem cadere possit, cætera verò relinquerè judicio divino. Pet. Heigius *par. 2. qu. 29. n. 115. 116. p. 354.* Bocer. *c. 3. de Tortur. n. 21 p. 135.* inter alia multa argumenta, quibus illud indicium impugnat, & hoc ponit, quod S. Scriptura omne indicium improbet, quò Deus tentari possit. Adde Theodor. *c. 9. n. 21. Crimin. p. 1249.* Carpz. *part. 3. qu. 122. n. 28. & seqq. p. 196. Pr. Crim.* Boerius *Dec. 166. n. 1. p. 295.* Miror itaque, quare Berlich *par. 4. Concl. 11. n. 74. p. 93.* contrariam opinionem amplectatur, illudque indicium tanquam certum probet.

ARTIC. XXXIV.

Indicium homicidiorum manifestorum, quæ per rixas & clamores in pugnas desinentes concurrente vulgo fiunt, quorum tamen auctores ignorantur.

Von öffentlichen Todtschlägen/ so in Schlagen oder Rumoren unter viel Leuten geschehen/ daß niemand gethan will haben/ gnugsame Anzeigung.

Todtschläge / so in offenbaren Schlagen oder Rumoren beschehen/ des niemand Thäter seyn will: Ist dann der Verdacht bey dem Schlagen auch mit dem Entleibten widerwärtig gewesen/ sein Messer genommen / und auf den Entleibten gestochen / gehauen / oder sonst mit gefährlichen Streichen geschlagen: Solches ist eine redliche Anzeigung der geübten That halber / und peinlich zu fragen / und wird solcher Verdacht noch mehr gestärcket / wo sein Wehr blutig gesehen worden wäre. Wo aber solcher / oder dergleichen nicht vorhanden / ob er dann gleich ungefährlicher Weiß bey dem Handel gewesen / soll er peinlich nicht gefragt werden.

AD ARTIC. XXXIV.

ARGUMENTUM.

Si in tumultu aut rixa, vel etiam conspectu, concurrente hominum multitudine, committatur homicidium, & autor istius ignoretur; Is verò, qui inimicus occisi fuisse dicitur, adsuerit, & in congressu ense vel cultello punctum vel

U

cesim